



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Arnoldi Corvini à Belderent J. U. D. Jus Canonicum, Per  
Aphorismos Strictim Explicatum**

**Corvinus van Beldern, Arnold**

**Amstelodami, 1663**

Consecratione Ecclesiæ vel Altaris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10591**

ris ad laicos transtulerit. c. pri. ubi. Gl. &c. de his. 4.  
hic.

### *De consecratione Ecclesiae & Altaris.*

#### T I T. XXI.

**A**dificata Ecclesia non ante sacris ministeriis deputari potest, quām consecrata fuerit: proinde, ne di-  
vino cultui mora offeratur, hoc quām citissimē fieri de-  
bet. c. fin. hic.

Consecrare eam debet Episcopus, qui eo loco jura  
Episcopalia exercet; c. 1. de relig. domib. c. Ecclesiis. 3. §.  
fin. dist. 68. c. 2. & 3. hic. c. 1. vers. ad Episcopum. dist. 25.  
c. nemo Ecclesiam. 9. c. nullus Presbyter Missas. 15. de con-  
secrat. dist. 1. si de dote ei sit prospectum: c. cum sicut. 8.  
hic. non inferior: c. nullus Presbyter in Ecclesia. 25. de conse-  
crat. dist. 1. ne quidem Episcopo delegante: quoniam ea  
quæ ordinis sunt, ut consecratio, alteri mandari non pos-  
sunt. c. pen. hic. c. 4. Pontifices. 7. qu. 1.

Fit consecratio superficiei interioris parietum deli-  
minatione, cum crucibus. Abb. c. proposuisti. 4. num. 7.  
hic.

Sine Sanctorum reliquiis, c. placuit ut altaria. 26. c. non  
oportet. 29. de consecrat. dist. 1. aut sine Missa, c. 1. dist. 3.  
eod. fieri non debet.

Utrumque requiritur etiam in consecratione iteranda;  
c. de fabrica. 24. eod. dist. 1. videlicet cum iteranda est;  
nam regulariter iterari non debet: sed interdum iteratur;  
ut cum Ecclesia destructa instauratur, ut in d. c. de fabri-  
ca. cum polluta fuit: puta homicidio, adulterio in ea per-  
petrato; c. si motum. 19. & c. seq. de consecrat. dist. 1. ex-  
communicati corpore in ea humato. c. consuluisti. hic.  
cum, an sit consecrata, dubitatur. c. solennitates. 16. §. de  
Ecclesiarum. c. Ecclesia. 18. de consecr. dist. 1.

Pollutâ Ecclesiâ pollutum quoque censetur cœmeterium  
contiguum, non autem remotum; sed contra polluto cœ-  
meterio,

4.  
melterio, non ob id censetur polluta Ecclesia: item uno  
cœmterio polluto non ob id censetur pollutum aliud,  
quamvis contiguum. c. un. de consecrat. in 6.

a-  
li-  
le-  
tra  
§.  
5.  
n-  
8.  
se-  
ea  
of-  
li-  
7.  
on  
3.  
a;  
ft;  
ir;  
ri-  
er-  
x-  
ic.  
de  
m  
e-  
o,

Pollui autem hic Ecclesia & cœmeterium dicuntur, quoad opinionem hominum, qui quantum in illis est, dicuntur polluere; non quod ad res pertinet, quæ remanent incorruptæ, & inquinari non possunt. can. 97. quod quidam. i. qu. 1. can. fin. 15. qu. 8. c. fin. de cohab. cleric. & mulier. vid. Gl. in d. c. un. ad verb. pollui.

Fieri potest consecratio non solum diebus Dominicis, sed & privatis. c. 2. hic.

Non solum Ecclesiae, sed & altaria, si sint lapidea, consecrari debent. c. altaria. 31. cum seq. de consecrat. dist. 1: certis observatis solennitatibus.

Eæ sunt: ut post altaris inunctionem chrismate factam, & benedictionem ei à summo Pontifice tributam, c. un. §. fin. de sacr. unct. d. c. altaria. 32. c. placuit. 26. ead. dist. & tit. in facie ipsius altaris, vel in dextro cornu fenestella aperiatur: Sanctorum reliquiæ, una cum nomine illius Sancti, cui altare dicatur, & Episcopi qui sacrum facit, condantur, fenestella parvo lapide quadrato vel rotundo operiatur, quia lapis sigillum appellatur. Abb. c. 1. hic.

Altari amoto, vel Sigillo fracto, & diminuto, consecratio denuo adhibetur: d. c. 1. eod. Nisi læsio non sit enormis. c. ligneis. 6. eod.

Solennitates consecrationum Ecclesiarum singulis annis debent celebrari. c. solennitates. 16. de consecrat. dist. 1.

Qui Ecclesiam vel ædificari vel consecrari prohibuerit, aut non permiserit, sacrilegium committit. in decret. Hormis de Pape: cap. 10. can. nullus. 124. §. qui autem. & can. seq. 1. qu. 1.